In auditoribus oportet animam auditoris eſſe diſpoſitaꝫ et preparatam ſicut terra anteq̄ꝫ nutriat ſemen. Oportet bonos prouocare per virtutes ad premia. malos autēꝫ per penas in ſanabiles totaliter exterminare.

¶ Autoritates ariſtotelis libri de fortuna bona.

In bonis exterioribus quorum fortuna eſt domina nō ↄtingit hominem eſſe felicem.

Ubi plurimꝰ intellectꝰ ⁊ rō: ibi q̄n̄qꝫ minima eſt fortuna

Ubi vero plurima fortuna: ibi minimus q̄n̄qꝫ intellectus.

Deum dignificamus vt dominum exiſtentem vt dignis di=ſtribuat bona ⁊ malis mala.

Deum veriſimile non eſt prauoꝝ curam habere

Appetitus naturalis naturaliter tendit ad bona.

Illi ſūt bn̄ fortunati q̄cūqꝫ directe agūt ſine rōe: vt in pluribꝰ

Quid eſt melius intellectu ⁊ ſcia niſi deus

Deus bene videt preſentia preterita ⁊ futura.

Bōa fortūa ē a ꝓpetitꝰ naturāl' datꝰ a dō mouēte totā naturā.

¶ Sequūtur autoritates libri yconomice ariſtotelis.

Ciuitas ē domoꝝ pluralitas ꝑ dījs et poſſeſſiōibꝰ abundans ad bn̄ viuēdū ordinata. Cōicatio viri ⁊ feīe in aīalibꝰ irrōnabilibꝰ eſt ſolū gr̄a ꝓlis ꝑcreāde. in hoībus vero nō ſolū gratia illius: ſed etiam gratia alterius vtilitatis.

Que parētes potētes exñtes fecerūt filijs īpotentibꝰ iterū re=portant a potentibꝰ filijs parentes impotētes ⁊ ſenio ↄfecti.

Natura facit vnū animalium ↄiugabilium forte ſcꝫ maſculū vt vlciſcatur pre fortitudine ſibi illata. aliud vero debile ſcꝫ fe=minam vt magis ſe cuſtodiat pre timore

Uir nō debet iniuriari femine vt femina nō iniurietꝰ ei. Iniu=riari femine eſt virū cū extranea muliere coire. ſed iniuriari vi ro feiam. eſt feminā coire cū extraneo viro ſ'm Eſiodū poetaꝫ virū oportet. i. expetit viro puellam ducere in vxorem vt do=ceat eam bonos mores: quia iuuēcula eſt flexibilior vidua

Diſſilitudines moꝝ inter viꝝ ⁊ mulierē nequaq̄ꝫ ſunt amāde

Due ſunt ſpēs ſeruoꝝ. ſcꝫ ꝓcurator ⁊ operator. Oportet ſeruis tria dare. opa: ⁊ penam. i. diſciplinā: ⁊ victū ſufficientem. qꝛ ſi ne mercede impoſſibile eſt operari.